ut prius praenominatam Generosam Sophiam Dybowska Consortem, quam ipsum Maritum eius mori et de hac luce decedere contigerit, extunc idem Generosus Albertus de Dybowo Dybowski, Maritus eius, Bona omnia mobilia et immobilia morte praefatae Consortis suae devolucta, cum omni Iure Advitalitio et quavis praerogativa tenebit habebit, illisque usufructuet ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Generosi Alberti de Dybowo Dybowski Mariti, haec eadem Bona morte Consortis illius devolucta, ad Successores Consortis eiusdem suae, sine quavis contravenctione Successorum Mariti illius cum pleno Iure devolventur et devolui debebunt, Ipsis suis mutuis Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proximo. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 4/VII

Godlewski, Woyna Oranski & Mokrzecki Roborant. 160

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Georgius Godlewski Vexillifer Czernichoviensis, Alexander Woyna Oranski Subdapifer Novogrodensis abrna, et Christophorus Mokrzecki Pincerna Bilscensis, Notarius Castrensis Branscensis Illustris et Magnifici Ioannis Clementini Ruscza Branicki Marschalci Curiae Regni

Plenipotens, ab altera partibus, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, ad ipsis libenter et invicem una Pars alteri, cum Posteritate utriusque Partis, se ac suos successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Contractum certum inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem Contractu contentarum de Actu et Data ejusdem hic Praemysliae Die quartadecima Iulii Anno praesenti conscriptum confectum manibus suis Recognoscentium propriis subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem Contractus praedicti Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Damnis Terrestribus, Ligamentis, ac nexibus generaliter universis firmiter tenere, complere, exequi ac inviolabiliter observare. omnibusque et singulis eiusdem Contractus Contentis tam in toto quam in qualibet minima parte. toties quoties opus fuerit satisfacere. Contractum praedictum ad Inscriptionem praesentem Roborationem et Inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictum Contractum vicissim in toto referendo, Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et educendis per Partem Parti cum Successoribus utriusque Partis ob non completionem Contentorum praedicti Contractus omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad

solvendum succumbendis, Pro quibus quidem Damnis Ter-
restribus simpliciter absque corporali Iuramento taxan-
dis et educendis modo præmisso ad solvendum succubitis,
ac pro re aliqua principali ex contentis Contractus præfati
non completa complenda. Citata existens memorata
Pars Una præmissa non tenens sive eius Posteri, ad instan-
tiam Partis alterius præmissa tenentis et complentis, aut
ipsius Successorum ad Officium Castrense Capitaneale Sa-
nocense, aut aliud quodvis Iudicium et Officium Regni
ad quod prius ex ipsis Citabitur, ex hinc recessu su pre-
scripto, quoad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, sta-
re, Iuri parere, respondere, Damna præfata Terre-
stria Luere, Inscriptioni præsenti satis facere, ac
omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Se que
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et
obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptori-
um et alios omnes exinde consequentes Quosd. devo-
Terminos semper peremptorios. Vera infirmitate, pro
maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel
extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Ini-
micorum vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impe-
dimentis non differendo, ad quietationem prætereà
Ultra proximos Officii præfati Castrensis Capitane-
alis Sanocensis, aut alius cuiusvis Iudicii et Officii Regni
Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque
Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones fa-
ciendo, ac præmissa omnia Pœnis simplicibus, vel
triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iu-
ris, præscriptione Terrestri, bello, Conventioneque.

1860

ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquo quovis evadendo. Huc sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

M. Chorzewski, Godlewski & alii Paltus Czerniechowien. Incolae M. Branicki Cedunt vigore Consensus S. R. M.

760 Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus, Magnificus Petrus Chorzewski Succamerarius Konogrodensis: nec non Generosi Georgius Godlewski Vexillifer, Jacobus Wojnarowski Judex Terrestris Czerniechowien., Samuel Glogowski Subiudex Terrestris, Alexander Wojna Oranski Subdapifer Konogrodens., Felicianus Michalowski Tribunus Konogrodens., Lucas Olszowski, Verky Dapifer Czerniechowiens., Venceslaus Kisiel de Brusilow, Conventu particulari Vlodimiriens. Die Septima Januarii Anno nunc currenti celebrato ad faciendam Cessionem praesentem ex Palatinatu Czerniechowiens. et Districtu Konogrodens. deputati et ad recipiendam summam pro Capitaneatu Krosnensi vigore Laudi Conventus eiusdem atque Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis Commissarii, nec non Magnificus, Samuel de Dobrowica Fierley Succamerarius Czerniechowiens., atque Generosi et Nobiles Sebastianus Machowski Colonellus Sacrae Regiae Maiestatis, Leo Casimirus Woronicz Subdapifer Konogrodens., Perillustris et Reverendissimus Malachowski Episcopus Unitus Ritus Graeci Praemysliens., Joannes Chorzewski Cancellarius Konogrodensis, Joannes Glogowski Pincerna Konogrodens.

f Joannes